

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. VI. Matrimonium inter inhabiles, Si Pontifex dispensaverit, valet,
cognitâ dispensatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

Paroch & testibus voluntarii iis assisteret; atramen quod factum fuerit, validum erit, juxta quod dicitur cap. 16. de Regular. *Multa fieri probentur, quae si facta fuerint, obseruent roboris firmitatem.* Si ergo à me queritur, an confanguinei valide contrahant sub hac conditione: *Si Pontifex dispensaverit?* Respondeo.

CONCLUSIO VI.

Matrimonium inter inhabiles, *Si Pontifex dispensaverit*, valet, cognita dispensatione.

175. Intelligenda venit Conclusio de tali inhabilitate, in qua aliquando dispensat Pontifex validè & licet ex iusta & rationabili causa; idque dum talis causa hic & nunc subsit, ita ut inhabiles seu impediti, qui sub tali conditione contrahunt, possint licet dispensationem petere, & ea obtentā licet ut alioquin erit conditio vel absolute impossibilis, si Pontifex nullatenus possit in tali impedimento dispensare, aut certè turpis seu inhonestas; quia, ut supponitur, nec Pontifex hic & nunc potest licet dispensare, neque contrahentes licet possunt dispensationem petere; ergo talis contactus ad nihil obligat, etiamsi juramento foret firmatus, quia juramentum non est vinculum iniquitatis, ut latius alibi tractavimus.

Aque ut licet possent uti dispensatione jam obtentā; equidem non obligat prior contractus, quia conditio turpis, qualis indubie est, quæ sine peccato ponit non potest, habetur pro non adiecta, ut etiam impossibilis, ut ex dicendis inferius patet; adeoque fuit contractus inter inhabiles absolutus, quem constat nullam inducere obligacionem, tametsi postmodum per accidentis habilitas adveniret. Sin autem posita jam habilitate per sublationem impedimenti, seu dispensationem illicitam, de novo consentiant, procordubio erit validus contractus, sive sponsalitus, si fuerit consensus de futuro, sive Matrimonialis, si de praesenti. Atque hec facta certa.

Difficultas ergo in eo versatur, an quando Princeps solitus est dispensare in impedimento ex iusta causa, adeoque talis causa, obliget Matrimonium inter sic impeditos, cæ expressa conditione: *Si Pontifex dispensaverit.* Afirmat Sanchez lib. 5. disp. 8. n. 10. & probat exemplo sponsalium, quo sub simili conditione contracta inter inhabiles, manent firma & valida impletæ conditione, ut multis ostendit idem Auctor eod. lib. disp. 5. n. 24. quia, inquit, licet illi inhabiles sint ad contrahendum pro tunc, non tamen ad contrahendum tempore impletæ conditionis.

Quoniam ea est conditionis natura, ut tufpendat actum, & ejus absolutam obligacionem in tempus impletæ conditionis, ut dicitur I. 213. ff. de Verb. signif. sequentis te. 1. 213 ff. de noris: *Cedere diem significat incipere deberi per Verib. sign. cuniam. Venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Ubi pure quis stipulatus fuerit & cessit & venit dies. Ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit. Ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendentia adhuc conditione.*

Igitur priores consensus non permanent immutati; quia pendente conditione sunt inefficaces, imperfecti, nec pariunt publicam honestatem, quæ secus se habent conditione impletæ cap. 1. de Sponsal. in 6. ibi: *Cum ex cap. x. de sponsalibus conditionalibus ante conditionem existantem, sicuti consensus non habentibus, & in certis, nulla publica honestatis justitia oriatur.*

Et confirmatur: nam institutio ut valida fit, debet esse hominis capacis, & tamen valet institutio spuri, facta sub conditione: *Sicut.*

177. *Princeps cum legitimaverit juxta communissimam & verissimam sententiam, ut potest videri apud Covar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 5. n. Covar.*

12. alias 17. ubi sic ait: *Prætermittendum verò non est, parenti tutissimum esse, ut spuriū hæredem instituat sub conditione, si à Princepe fuerit effectus legitimus: tunc evenientē legitimatione, patris hæreditatem absque animæ periculo obtinebit: cum institui jure possit incapax in tempore, quo capere possit, l. In tempore, ff. de Hæred. institut. l. Sicut, & ibi Gloss. in principio, ff. Quibus modis ususfr. amitt.*

Nec obserit l. *Si alienum, §. In extraneis.* ff. de Hæred. instit. ubi in institutionibus conditionalibus oportet hæredem capacem esse tempore testamenti, mortis & aditionis hæreditatis; id enim procedit in conditione extrinseca; secus in conditione intrinseca, & qua à jure intelligitur, qualis est ista: *Cum capere poterit heres. Hæc ille.*

Ergo similiter in nostro casu, juxta eundem Auctorem sup. c. 3. ubi in primis sic ait n. 2. *Si verba contractū sunt de futuro, ante conditionem, nec ibi est Matrimonium, nec sponsalia de futuro; eveniente verò conditione sponsalia sunt, quæ de futuro appellamus: quod si verba sint de praesenti, conditione tamen adiecta, eveniente illâ conditione, conjugium erit, ante illam nec Matrimonium, nec sponsalia de futuro.*

Deinde n. 7. proponit dubium, de quo 179. hic disputamus, & refert sententiam, quæ requirit novum consensus obtentā dispensatione, allegatis variis Auctoribus pro ea, & duplice ratione; hic enim, inquit, contractus, secundum eos, à principio fuit illicitus: ergo ex eo non potuit oriri aliqua obligatio, l. *An requiriatur novus consensus obtentā dispensatione. Prima ratio pro parte affirmante.*

Præ-

Secunda.

Præterea, hæc conditio impossibilis est, quia à Principis voluntate dependet, l. *Cum servus*, §. *Constat*. ff. de Legat. i. *Constat*. etiam, res alienas legari posse, utique si parari possint: etiam si difficultas earum paratio sit. Si vero Salustianos bortos, qui sunt Augusti, vel fundum Albanum, qui principalibus usibus defervit, legaverit quis, furioso est, talia legata testamento adscribere. Item campum Martium, aut forum Romanum, vel adem sacram legari non posse constat. Sed & ea prædia Cæsaris, quæ informam patrimonii redacta sub procuratore patrimonii sunt, si legentur, nec estimatio eorum debet praefari: quoniam commercium eorum, nisi iussa Principis, non fit, cum disfribi non solearint.

L. 137. ff. Item l. *Continens*, §. *Cum quis*, ff. de Verb. de Verb. oblig. *Cum quis* sub hac conditione stipulatus sit, Si rem sacram aut religio, am Trium vendiderit, vel forum aut basilicam, & huiusmodi res, que publicis usibus in perpetuum relatae sint, ubi omnino conditio jure impleri non potest, vel id facere ei non leuat: nullum momentum stipulationem, proinde ac si ea conditio, quæ natura impossibilis est, inserta esset. Nec ad rem pertinet, quod ius mutari potest. Et id quod nunc impossibile est, potesta possibile fieri, non enim secundum futuri temporis ius, sed secundum præsentis astimari debet stipulatio. Jam autem conditio impossibilis à Matrimonio rejicitur, ac remanet purus ipse contractus, c. fin. de Condit. appos. sed talis contractus purus minimè valet. Ergo etiam Papa dispensaverit non erit Matrimonium, immo nec sponsalia de futuro.

Sed his rationibus (prosequitur Covarvias) responderi potest. Primo, hunc contractum fore illicitem, si simpliciter fiat; si vero fiat sub conditione, quæ contractum ad licitum tempus referat, licitum esse, l. *In tempus*, 62. ff. de Hæred. inst. *In tempus capienda hereditatu insitus heredem posse*, benevolentia est, veluti: Lucius Titius cum capere potuerit, hæres esto. Idem & in legato. Unde qui ita contraherent, non essent excommunicati ex Clement. un. de Consang. quod notat Adrianus in 4. tract. de Matr. q. 10. ad fin.

Secundo respondeatur: id quod à Principis voluntate pendet, reputatur impossibile, quando illud Princeps non solet concedere: id verò, quod Princeps solet concedere, non est dicendum esse impossibile, qualis est dispensatio in tertio gradu consanguinitatis, alii si similibus impedimentis; quod patet ex dicto §. *Constat*, dum dicit: *Cum disfribi non soleant....* Imò licet id, quod pendet à Principis voluntate, dici possit impossibile largè, non tamen ex stricta interpretatione, etiam si non soleat à Princeps concedi: id eternum si fieri à Princepe potest, possibile est, quod fiat: tamen quia Princeps, etiam si id

possit, non solet facere, dicitur impossibile. Sed non eo modo, quo impossibile dicitur, assumitur in c. fin. de Condit. appos. ubi id possibile ego intelligo, quod natura, vel ipsa est impossibile.

Id ergo quod à Princepe fieri jure potest, licet non soleat fieri, nec erit impossibile natura, nec à jure. Item conditio impossibilis de jure, qualis ista quibuldam video possit si ad futurum refatur, non rejetur. In matrimonio, ut notat Adrianus in 4. q. 12. *Matri.* & dicimus paulò post: Ignoramus, ratio non est dicenda impossibilis: quod fieri Aret. ratio minime convincit pro qua ratione.

E diverso Cald. Anton. & Prezel. in Super eo, de Condit. appos. tenet, ex conditione ista, & sic Romano Pontifici. in Condit. appos. secundum conditionem, quæ natura, nec à jure. Item conditio impossibilis de jure, qualis ista quibuldam video possit si ad futurum refatur, non rejetur. In matrimonio, ut notat Adrianus in 4. q. 12. *Matri.* & dicimus paulò post: Ignoramus, ratio non est dicenda impossibilis: quod fieri Aret. ratio minime convincit pro qua ratione.

Cumque nobis magis arricordem opinió Canonistarum, scilicet novum confensem, evenienti que conditione honesta, arbitrio compo- posito, adveniente dispensatione, esse judicandum Matrimonium, & sponsalia de futuro.

Et verò tales contractum conditionem valere, probant: super exemplum conditionis rei feudali. u. Majora, p. 1. Simpliciter facta ita, id est, valde certa, fiat sub conditione. Si Domine faveat, Princeps voluerit, ut probat Molina in Primogen. c. 3. n. 48. Similiter videtur, si dispensatio transcedat ad Religionem, id est, dispensaverit, validum est, secundum conditiones, cum tamen hæc conditions patet Princeps voluntate.

Et amplius confirmatur, quia quantum est controversia de aliquo beneficio, licet non contendentibus pacifici de peccatis condenda, sub conditione; Si Peccatis diffringit, quæ seclusa, pactum effici timenter, & verè obligat, ergo similiter in nostro casu.

Præterea, ut notat Sanchez super dicto, n. 12. licet conditio, pendens à Princepe voluntate.

B
Sacra
pa

180.
Prima responso ad predictas rationes ex Covar.

Adrianus.

181.
Secunda
resp.

voluntate, reputaretur impossibilis; at quocties est praembula, & necessaria ad dispositionis & actus valorem, non est rejicienda, eti summè difficultis sit, sed ejus eventus expectatur; sed hæc conditio: *Si Pontifex dispensaverit*, est necessaria ad valorem promissionis Matrimonii, & ipsius Matrimonii inter impeditos: ergo non est rejicienda.

Denique; si quis contraheret cum infideли, sub conditione: *Si convertatur ad fidem*, valeret contractus, ut habetur l. 4. tit. 4. partita 4. quia conferetur in tempus habile, quāvis eo tempore sit inhabilis ad contrahendum cum infidelis.

Atque hoc sit fundamentum Conclus: quod videlicet, licet si impediti, pro tunc sint inhabiles ad absoluē contrahendum Matrimonium, adeo ut si absoluē contraherent, nihil omnino efficerent, & forent excommunicati ex Clement. un. de Consanguinitate, equidem pro tempore, quo advenit dispensatio, revera sunt habiles, & pro hoc solo tempore, censentur nunc contrahere, sub conditione dispensationis; cumque conditio sibi poneat, & adiusta ratio ponendi, cur non oriatur obligatio expectandi eventum conditionis? Et per consequens, quare, adveniente conditione, contractus conditionatus non translat in absolum; sicut quando personæ ex nunc habiles, apponunt conditionem, tempore futuro implendam? Non video sufficientem rationem dispartis, dummodo illa conditio: *Si Pontifex dispensaverit*, verè sit honesta & possibilis, ut suppono esse ex ante dictis.

Dices: disparitas est, quod hæc conditio, quāvis honesta & possibilis, equidem difformis legi communī, quia prohibet illas nuptias; jam autem melius est, inquit Henrīquez l. 12. de Matr. c. 10. n. 4. conformari legi communī, quā sequi privatam dispensationem, præterim abhinc condigna causa impetratam.

Respondeo Sanchez sup. disp. 5. n. 13. melius esse conformari legi communī, quando non est aliqua obligatio, licet contracta, ab ea recedendi, qualis est præmissio Matrimonii (aut ipsum Matrimonium) inter impeditos, præmissa conditione: *Si Pontifex dispensaverit*. Sicut jure communī contenditibus circa beneficium, minimè licet de pensione danda pactum inire, quod tamē pactum semel intitum sub conditione: *Si Papa consenserit*, obligat quidem, & neutri contrahenti, altero invito, relilere licet!

Urges: dispensatio Pontificis non potest facere, quod Matrimonium, ante in validum, fiat validum, sine novo consensu. Respondeo: concedo: torum: Sed nunquid id facit in casu proposito? Minime! Quid ergo? Tollit impedimentum, & ponit in esse con-

*Quid hic sit
Papam dis-
penfare.*

188.

*Alia obje-
ctio.*

*L. 83. ff. de
Usucap.*

189.

*Sed hæc quidem
Verb. oblig.*

*Dicitur ex
Pontio.*

ibi:

Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

ibi: Et cum patronus liberto certam pecuniam legasset, si à liberis ejus non discessisset; permisit Imperator, velut Mucianum cautionem offerri: fuit enim periculoso ac triste, libertum, coniunctum patrui liberis, eorumdam mortim expectare. Porro, non est periculoso aut triste expectare dispensationem Pontificis. Neque hæc dispensatio est impossibilis, ut superius ostendimus, cur ergo contractus sub conditione illius dispensationis non valeat?

190. Atque ut ester impossibilis, regula de conditione impossibili, ut videlicet pro non adjecta debeat haberi, non procedit in foro interno, in quo nunc loquimur; sed procedit tantum in presumptione fori externi; quia illa conditio reputatur, veluti joco, & non serio atque ex animo apposita. At in hoc de-

190. Atque ut ester impossibilis, regula de con-
ditione impossibili, ut videlicet pro non ad-
iecta debeat haberi, non procedit in foro in-
tero, in quo nunc loquimur; sed procedit
tantum in presumptione fori externi; quia
illa conditio reputatur, velut i joco, & non
serio arque ex animo apposita. At in hoc de-
ficit etiam haec presumptione; quia cum per-
sona impedita seiant, se non posse ab illo
dispensatione perficiere Matrimonium, pre-
sumi deberent vere & ex animo illam con-
ditionem apponere, & nequamq[ue] intendere,
tunc absolute contrahare. Ita Aversa hic
q. 5. sect. 2. §. Quorum aliqui, in fine.

191. Quia autem hic Auctor docet oppositum nostræ. Conclus. idèo §. sequenti conatur istud propriæ, ut ait, ratione probare, quæ talis est: Hæc est vis impedimentorum dirimenti Matrimonium, & legis statutis hæc impedimenta, ut illisstantibus, personæ sint inhabiles ad contrahendum, eorumque consensus sit vanus & inutilis: ergo nec etiam valet sub conditione dicere: *Si habiles erimus*, sive cum limitatione: *Pro quando habiles erimus*. Consensus utilis & validus, non solùm debet referri ad casum & tempus habitatis, sed debet proferri à persona habili & legitima. Ecclesia habet pro nullo & irrito consensus præstitum à personis, vel cum personis, inter quas statuit, ne valeat Matrimonium. Igitur contractus inter personas impeditas, quævis sub ea conditione; *Si auferatur impedimentum*, verè non sufficit ad conjugium, dum adimpleretur conditio: sed ex integrō & de novo debet præstari consensus & iniiri contractus. Hæc ille.

192. Sed manifestè petit principium: hoc enim
Sed petit est quod queritur, an tanta sic vis impedi-
principium. mentorum Matrimonii, ut illius stantibus
etiam non possit quis licite & valide contrahere,
etiam sub conditione ablatrio impedi-
menti. Hoc ergo probatum oportuit, non suppo-
fitum; oportet, inquam, offendere, Eccle-
siam sic institutio sua impeditim, ut pro
nullo habeat consenum præstitum, etiam
sub conditione dispensationis.

193. Ostendo, inquis, ab inconvenientibus,
Aliud arg. quæ sequuntur ex adversa sententia. Matrimonium debet contrahi coram Parocho: sed ejusdem Au- assistentia Parochi utique non spectat, nisi ad
ctor. ab in-

personas fideles & baptizatas: plane ergo
deretur inconveniens dicere, valere Matthe-
nium viri fidelis cum muliere Iudea au-
gana sub ea conditione, apposita a viro
cente: *Si baptizeris*: ita ut non oportet.
Ita simpliciter coram Parocho contradic-
tizata muliere.

Rursus nescio, an ullus admittet, videlicet
Matrimonium viri nunc conjugati; si
altera muliere contrahat dico: Si
uxor, ex hac aegritudine, fave invita mensam
ratur; ita ut necesse non sit, denique impo-
citer contrahere post mortem uxori.
Non dico, quando o interim committit adulterium
cum hac muliere, ex quo oritur impunis-
tum criminis; sed ut per solum contractum
absque ullo interim peccato, si ille
se accipere in uxorem.

Imò ex opposita sententia sequentur, s
iam cum impedimento crimi nisi pallid
contrahere, addendo alteram condic.
Si Pontifex dispensat; & ubi promulgat
proba de futuro inducit impedimentum ad
valere contractus per verba de tempore
textu conditionis adiuncta, quod nec nul
li non potest.

Item sequeretur: valentem Manus-
nium per verba de præfensi inter impubes
adjectâ conditione; Si & quando pri-
amos attigerimus, aliaque similia de-
considerari possunt. Hucque dico.
§. Confirmatur. 198.

Credo ego, quod si alia fami
considerare potuissent, haec ipsa
potuisse. Quæ autem expressi sunt
falsa, expendamus, an reverentia
pius ab ultimo absurdus, & si idem
nunquam invalidasse Matrimoni
berum, per verba de praesentibus
pro tempore pubertatis, sed tam
monium absoluimus & perfectius
impubertas non sit impedimentum
jure naturæ, ut suo loco diffunditur,
hinc nullatenus absurdum est, Nam
nulum impuberum conditionatum rite
tempore pubertatis, sive aventure pio
te, sine novo consensu, nisi prior fuerit
tractatus.

Si autem queratur à me, an acceptum
priorem consensum retractare? Respon-
suum affirmativum; si enim licet profligari
sponsalibus de futuro, ita facilius esse
ut tali via succurreretur imbecillitatem
et immaturam deliberationem, quin
statuerit de Matrimonio conditionem;
ad minus habet rationem spontaneitatis;
rim si adepti pubertate statim non resolu-
tione novo consenserit, secundum nostram
pia, iam est absolutum & perfectum Mat-
rimonium, absque ulla absurditate. Ante que-
dum ultimo absurdum.

Venio ad primum; & nego, assistentiam Parochi tantum spectare personas fideles & baptizatas. Quis ergo spectat? Omnes, quæ contrahunt Matrimonium, quod dum perficietur, erit verum Sacramentum, sive modo, quando inchoativè contrahunt, sive baptizati, sive non. Ratio est; quia Parochus assistere debet omni Matrimonio fidelium; hoc autem est Matrimonium fidelium, cum antequam Matrimonium perficiatur, vel hoc ipso quod perficitur, ambo sint baptizati, quos Ecclesia potest & debet impetrare in calu, quo alter, vel ambo vellent aliud Matrimonium contrahere: ergo eriam ad hoc Matrimonium requiritur assistentia Parochi, ut alii viâ melius possit Ecclesia aliud Matrimonium impetrare. Et verò quæ absurditas in hac doctrina?

Quod attinet ad secundum absurdum; ius naturæ dicit, valere promissionem viri nunc conjugati, si alteri mulieri promitterat Matrimonium, dicendo: *Si mea uxor ex hac exaudiatur, sive intrâ mensem moriatur, ita ut necesse non sit, denudò simpliciter promittere, post mortem uxoris.* Quod ergo inconveniens, si admittatur, in eisdem circumstantiis valere Matrimonium conditionatum? Imò Omnes admittere debent valere, qui docent, illud Matrimonium non habere nisi rationem sponsalia, nisi aliquid aliud obsterat.

Dices ex Aversa sup. §. *Et ad fundatum; benè potest esse, ut quis sit inhabilis & impeditus ad contrahendum, non tamen ad promittendum, pro quanto erit habilis & expeditus.* Neque sequitur; si Ecclesia inhabilitavit ad contrahendum, constitudo impedimentum dirimens, inhabilitasse etiam ad promittendum: vel si reliquit in libertate ad promittendum, reliquisse etiam ad contrahendum. Et ita patet manifestè in imponibilibus, qui possunt quidem promittere & inire sponsalia, non tamen possunt tunc contrahere & inire Matrimonium.

Respondeo ut supra: impuberis non solum sponsalia, sed etiam Matrimonium conditionatum posse contrahere; cum iura tantum loquantur de Matrimonio absolute & perfecto, sive omnino indissolubili, id est de propriè dicto Matrimonio; idque quia Matrimonium conditionatum non magis repugnat libertati contrahentium, quam sponsalia, cum ex eisdem causis possit dissolvi, ut sup. diximus: tantum in hoc differentia est, quod post sponsalia requiratur consensus novus de praesenti, secus post Matrimonium conditionatum, eveniente conditione. Quæ ergo major & inconvenientia in uno, quam in alto casu?

Sed neque magis absurdum est aut inconveniens, quod aliqui impediti criminis, con-

trahant de praesenti, sub conditione dispensationis, quam impediti consanguinitate. Et nomen.

quid miramur, quod promissio per verba de futuro inducat impedimentum, valeat autem contractus per verba de praesenti, praetextu conditionis adjunctæ? Quippe & ipsa promissio valereret, si feret sub simili conditione; quod autem abfoluta promissio non valeat, ratio est manifesta; quia ipsa est, quæ una cum adulterio inducit impedimentum, adeoque pro objecto suo, seu re promissa, habet peccatum, scilicet Matrimonium irritum, quod secus se habet, quando adjungitur conditio dispensationis. Itaque propter hanc, quæ sequuntur ex nostra sententia, non est ab ea recedendum.

Quam utique Sanchez sup. disp. 5. n. 15. 200. putat esse veram, licet consanguinei, dan- Sanchez pos- tes sibi fidem de Matrimonio contrahendo, tan- Conclus. aut de praesenti contrahentes, sive secundo esse veram consanguinitatis gradu conjuncti. Quamvis in con- enim (inquit ille) difficile soleat Pontifex quinque gradus. dispensare in hoc gradu; at sive ex causa justa dispensari.

Sic Navarrus lib. 4. Confil. tit. de Con- An Navar. sanguinitate, Confil. 5. 2. editionis n. 9. ubi docuerit. ait: Visis supradictis, quæ prudenter & eru- hanc senten- ditæ sunt perspicua & citara, & aliquot alios, arbitror partes Reverendiss. Episcopos, esse, declarare quidem, nullum extare Matrimoniū inter præfatum juvenem, & præfata puellam, juxta petitionem præfati juvenis; teneri autem eum, ad contrahendum Matrimonium cum illa, si S. D. N. placuerit dispensare super præfata impedimento consanguinitati, gradus secundi, tenerique ad procurandam bonâ fide præfata dispensationem, & ad acceprandam, si ea per præfata puellam vel per procuratores suos fuerit obtenta: & calu quo non potuerit obtineri, obligatum est ad dorandum eam arbitrio boni viri: impensis autem, quæ in dispensatione impetranda factæ fuerint, ab utraque parte solvendas esse, sive ipse, sive ipsa eam obtinuerit. Hæc ille.

Sed non est casus nostra Conclus. quia promissio Matrimonii non fuerat facta sub Dispensatio conditione, taliter expressa: *Si Pontifex dis in 2. gradu penaret; sed absolute juvenis promiserat eam ducere, & sub ea spe copulam extorse- rat, & quando promiserat, non suberat justa causa dispensandi.* Interim ex ea resolutione Navarrus patet, dispensationem in 2. gradu, quamvis difficulter sit, aliquando tamen à Pontifice concedi, quod satis est, ut quando à principio contrahitur sub tali conditione, & adeo justa causa dispensandi, contraetus valeat, quod tantum hic intendimus.

Ex his inferit Sanchez supra n. 19. valere conditionem legato vel Majoratu adiectam, An valent ut legatus, vel in Majoratu succedens, du- legatum sub cat

Aaaa 2 car

condicione ut
legatus
ducatur con-
sanguineam,
ex Sanchez.
L. 3. §. ff de
Verb. oblig.

Nec obstat l. Si stipular, ff. de Verb. oblig. ibi: Item; quod leges fieri prohibent, si perpetuam causam servaturum est, cessat obligatio; veluti si sororem nupturam sibi aliquis stipuletur. Quamquam etiam si non sit perpetua causa, ut recidit in sorore adoptiva, idem dicendum sit, quia statim contra mores sit. Non obstat, inquam, haec lex, & similes; quia loquuntur de absoluta stipulatione, sive dum non exprimitur conditio: Si Pontifex dispensaverit; vel si exprimatur, est tale impedimentum, in quo non est solitus dispensare; aut certe quando non adeat justa causa dispensandi.

203.
Objec^{tio}.

L. II. ff. de
Muner. &
honor.

Sed dicet aliquis; quid opus est illam conditionem exprimere, cum a jure insit, ed quod aliter Matrimonium nequeat confare, ut haec conditio: Si alter voluerit? Addit: quod verba quantumcumque generalia restringenda sint, ut intelligantur de extremis habibus; l. Ut gradatim, §. 1. ff. de Muner. & honor. Etsi lege municipaliter carreat, ut praferrentur in honoribus certae conditionis homines, attamen sciendum est, hoc esse obversandum, si idonei sint, & ita rescripto D. Marci continetur.

Aliqui docent, non debere explicari, præcedenti dispensatione, quando testator apponit conditionem in Majoratu vel legato, ut successor ducat consanguineam; dicunt enim non esse differentiam, sive explicet, præcedenti dispensatione, sive id taceat; quia semper hoc intelligitur: verba enim testatoris in dubio secundum jus commune intelligenda sunt. Atque hanc sententiam Sanchez sup. n. 25. vocat satis probabilem, citatis pro ea multis Auctòribus.

204.
Sanchez te-
net opposi-
tum.

Ipsè autem cum Aliis oppositam docet tanquam probabilem, dicens. n. 26. Probabilis est, minime obligare promissionem (& per consequens Matrimonium de praesenti) eà conditione non expressâ, tanquam bonis moribus aduersam.

Resp. ad 2.
fundamen-
prioris sen-
tentia, ex
Sanchez.

Sed hoc est, quod Adversarii negant, proper rationes supra adductas, ad quas proinde oportet respondere. Itaque ad primam dicit Sanchez sup. n. 28. eam conditionem non inesse iure; nec esse simile de illa: Si alter voluerit: quia non posse aliter Matrimonium confare, nisi Pontifice dispensante; non est ab intrinseco, & ex natura Matrimonii, sicut est: Si alter voluerit; sed est ab extrinseco, ratione prohibitionis Ecclesiæ. Hæc ille.

205.
Resp. Pontii.
(ubi sequitur Sanchium) nunquam posset habere locum dispositio Pontificis in Clem.

un. de Consanguinitate, que sic incipit: Eos

qui divino timore postposito in suarum pericu-

rum animalium scienter in gradibus consanguini-

tatis & affinitatis constitutione Canonica in-

terdictis, aut cum animalibus contrahere Ma-

trimonialiter non verentur..... ipsa excomu-
nicationis sententia ipso facto discernitur.....

Sed, salva meliori, adhuc efficitur
dispositioni, quando tales consanguinitates
traherent, cum quibus Pontifices non
validè dispensare, aut faltem libet, de
justæ cause. Hæc ergo additio Pontificis
est ad eum efficax.

Porrò ad secundam rationem Adver-
sarium, responderet Sanchez supri, cum de
ram, quando verba sunt dubia; ut pro
cau sunt clara. Sed, dicet aliquis, hoc
negant Adversarii, & ideo problemati-
tu, non sufficiunt. Et verbo non efficitur
probatur ex ipso Sanchez libet, ut
sic ait: Quando initia promissio est
inter consanguineos, tractant de con-
ditione dispensatione; jam tacite inveniuntur
& obligabit promissio, cum in aperte
ne adhuc perseverent. Hæc illa
præfenti casu verba non solum
possunt tacite significare illud. Cumque
nemo præsumat nisi Matrimonium
contrahendat, quando allatam conditionem
in fine peccato, cur non fuisse
tacita significare debeant. Sic enim
contrahentes excusat, cato, quod alias incurserent.

Relpondeo: quidquid hoc determinat. Sanchez, quam negat Pontius.
Mihi placet, quod statim egredi-
fatione, & pro ea miserant, non
tacita subintelligatur conditionem
esse; ut expresse apponatur. L. 2. §. 1. ff. de
Contra secum Matrimonium, &
Contrahentes, ex parte
Sponpal. in 6. & tenet Rom. num decim. 1056. n. 1.

Quidquid, inquam, sit determinans.
Sancti, nego Consequentiam, ut
verba illa: Promitto tibi Matrimonium
Contrahentes secum Matrimonium,
confanguineos, semper esse ob-
temper implicitè significare illud non
nem: Si Pontifex dispensaverit, illi
contrahentes, excusat, ut pecunia
mea est; quia verba illa ex se figura-
fensus absolutum; ergo per aliquem
determinari ad significandum, non
sum conditionalem. Non sufficit
la intentio contrahentium: qui v. 2.
Sanchez supr. n. 26. cum sit contrahen-
ter homines initus, oportet externe
ria ad illius valorem exprim. Sicut
li dicit Navarr. lib. 4. Conf. in 1. cap.
de Sponpal. conf. 25. promittentes
guine Matrimonium, non teneri posse
re dispensationem, licet intendere pro-
re, nisi externè se homini obligare
internè Deo per votum.

Confirmatur: quia institutio spuri, purè facta, & præceptum de alienandis bonis Matoratis, nil valent, quæ tamen adjectâ conditione; Si Princeps legitimaverit, vel, dispensaverit, valida sunt; ergo in actibus matrimonialibus, qui alias sibi hac conditione: Si Princeps dispensaverit, sunt nulli, minimè subintelligitur hac conditione; nec validi sunt tacitâ; cùm verba in Matrimonio non sint magis dubia, quam in institutione spuri, & fieri possit, ut etiam in institutione spuri sit periculum peccati, quod excusari posset per illam conditionem.

Et sane si omnes conditions deberent subintelligi in singulis contractibus, qui eos excusare possunt à peccato, quāvis extrinsecus non apponantur, etiam conditionata erunt Matrimonia, quæ contrahuntur cum impedimento solūm impediens, & non diremē Matrimonium, v. g. cum voto simplici castitatis, vel contra interdictum Ecclesie &c. quod est inauditu.

Maneat itaque Matrimonium contractum inter inhabiles, non adiectâ illâ conditione: Si Pontifex dispensaverit, omnino esse nullum; ac sic contrahentes incurrit excommunicationem Clement. un. de Consanguinitate, nisi si forte excusentur, quia bona fide contraxerint, exsistantes, juxta aliam sententiam, illam conditionem semper subintelligi.

Sed quid si contraherent, post datum quidem dispensationem, tamen antequam ea ipsi immotuit? Respondeo: duplex est sententia, una affirmans, altera negans, tale Matrimonium esse validum. Sanchez lib. 3. de Matr. disp. 36. n. 2. dicendum, inquit, omnino est, tanquam fortiori suum effectum privilegium, à tempore, quo certior de illo fit, cui conceditur. Probatur ex c. i. de Concess. præb. in 6. ubi § Ex parte, exprelse habetur, privilegium prodeste à tempore scientiæ. Ex parte vero tua existit replicatum, quod hæc de illis privilegiis & indulgentiis (a quitate sua) debet intelligi, que vim suam habent mox cùm ad illos, quibus conceduntur, pervenient. Et licet id non videatur probare, quia est allegatio partis adversæ: at cùm Pontifex in fine illius textus pro parte illa scribat, videtur ejus fundamentum approbare.

Probatur 2. ex c. Si ibi absenti, de Præb. in 6. ibi: Si tibi absenti per tuum Episcopum conferatur Beneficium, licet per collationem hujusmodi, (donec eam ratam habueris) jus in ipso beneficio, ut tuum dici valeat, non acquiras. Ergo privilegium non acquiritur absenti, donec sciat.

Probatur 3. ex l. fin. Cod. de Consulibus &c. ibi: Sancimus viros excessos patricios, quos in hujusmodi dignitatis apicem Augusta Mæstas reuteris, illuc ab Imperialibus codicillis,

præstitis, patrisfamilias effici, ac potestate liberari paternâ. Ubi Gloss. verb. Præstitis: Id est, inquit, præsentatis sibi literis electionis ad patriciatum.

Probatur 4. ex l. Qui absenti, ff. de Acquir. possit. Qui absenti seruo scribit, ut in libertate moretur, non eam mentem habet, ut statim ve. 1. 3. 8 ff. de li serui possessionem dimittere, sed magis defensionem suam in id tempus conferre, quo seruus certior factus fuerit. Ergo privilegium non prodest ante ejus notitiam. Subsumo; atqui dispensatio in impedimento Matrimonii, de qua hic tractamus, est quoddam privilegium; nam per eam conceditur specialis aliquis favor; ergo dispensatio non prodest ante ejus notitiam; & per consequens, Matrimonium ante notitiam ejus contractum, non valet, alioquin multum prodest. Ita docet Vasquez in 1. 2. disp. 156. n. 30 & 31. ubi sic scribit.

Cæterum Sylvester in Somm. verb. Privilegium, q. 15. hac utitur distinctione; aut privilegium conceditur privilegiato, postulanti per se, vel per procuratorem; aut conceditur motu proprio, seu petitione alterius, quām privilegiato, qui non nomine privilegiato, sed nomine suo pro ipso privilegiato postulet; priori modo, ait, statim effectum habere, antequam denuntietur privilegiato, ut si alicui per se vel per alium petenti, concederetur privilegium, ne posset excommunicari, excommunicatione post concessionem lata, nihil valeret, etiam si tempore excommunicationis privilegiatus nihil nosset: hoc tamen limitarem hæc ratione, nisi privilegium vim haberet dispensationis contra aliquam legem, ut privilegiatus, non obstante lege, posset licite & validi contra illam operari; tunc enim non est presumendum, Pontificem voluisse suo privilegio concedere, ut privilegiatus ante notitiam illius frui posset. Quare dispensatus, ut contrahat Matrimonium, vel non jejunet, non fruatur privilegio, antequam certior fiat de illo.

Si quis igitur Matrimonium contraheret in gradibus prohibitis, antequam sciret dispensationem obtentam fuisse, non solùm peccaret, sed etiam nullum efficieret Matrimonium; quia privilegium illud vim habet dispensationis, & non censeretur concessum, ut validum fiat Matrimonium, quando mala conscientia, & non licet contrahitur. Nam cùm concedatur privatæ personæ, ut licet contra legem communem operari, nondum censeretur ei prodest, quoniam haec beat notitiam illius; ex eo enim tempore solùm, tuâ conscientiâ poterit ille contra legem communem operari, & uti dispensatione & privilegio.

Aliter tamen judicandum esset, si revocatio feret totius legis, prohibentis & irritantes

213.

Har. sen-
tentiā
præter San-
ctum docet
Vasquez.
Sylvester.

214.

Quid si

tis

Aaaa 3

revocatio
torius legis
irritans
Matr. ioli
gradus

tis Matrimonium tali gradu. Nam post legi revocatoriae promulgationem in Curia, vel in Concilio, etiamsi aliquis contraheret in illo gradu cum mala conscientia, Matrimonium validum esset, quoniam non sine peccato contractum: firmitas enim Matrimonii tunc non oriretur ex concessione & gratia privilegii, quae non conceditur, nisi ut simul licet fiat id, quod firmum etiam debet esse & stabile; sed ex remotione impedimenti, quae fit per legi universalis revocationem, quae non stante, omne quod fit firmum & ratum est, etiamsi ex mala conscientia non sine peccato fiat, eo quod revocatio legis non fiat in gratiam personae particularis, sed in gratiam omnium in universum: qua de causa non requiritur, ut a singulis etiam personis cognoscatur; sed sufficit, si promulgata sit, sicut quæcumque alia lex. Hucusque Vasquez.

Audiamus etiam Suarez de Leg. lib. 8. c. 25. n. 25. ubi sic scribit: In primis privilegiatus non potest uti tali dispensatione tutam conscientiam, donec illius notitiam habeat; sed dispensatio est propter usum, ergo non est verisimile ita concedi, ut habeat suum effectum, antequam perveniat ad notitiam ejus, cui conceditur. Major patet; quia honestas talis actus alias prohibiti, pender ex dispensatione valida, & jam concessa; ergo qui non scit, dispensationem validè, & cum effectu, esse jam concessam, non potest prudenter, & sine gravi peccato exercere talen actum. Quomodo enim quis prudenter operari potest id, quod nondum scit sibi licere? Ita interrogat Suarez.

216.
Objec.
Quod si dixeris: sufficit moralis præsumptione, & spes dispensationis, qualis habetur, quando v. g. per conjecturas constat, jam nescire Romæ imperatam per procuratorem dispensationem.

Solvitur.
Respondebat idem Author; omnino falsum id esse, & contra judicium omnium prudentium; nam talis operandi modus est infinitis periculis expositus: nam conjectura illa facile fallunt, & negotiorum, quod brevi tempore expediendum creditur, per occasionses innumeræ impeditur & differtur. Et confirmatur; nam lex (ut ita dicatur) est in actuali possessione sue obligationis; ergo non potest illa privari, donec constet derogatum illi esse per dispensationem seu privilegium Principis.

217.
Replica.
Replicas; usus ille est malus per accidentem, & ratione periculi, ex ignorantia provenientis; nam si concessa revera est dispensatio, actus de se jam non est malus, nec contra legem.

Solvitur.
Contra, inquit Suarez; nam hoc privilegium, & inordinatio, sunt moraliter inseparabilia à tali usu; ergo non est verisimile, Principem voluisse concedere cum effectu dispensationem ante ejus notitiam; tum, quia

non est verisimile, velle dare occasionem illius pravi usus: tum etiam, quia ut dicuntur dispensatio non datur, nisi propter alium honestum, vel qui moraliter & regulariter posse esse honestus.

Urges: etiam dispensatio hujusmodi datur, ut actio possit esse valida ergo quantum ad hoc tenebit dispensatio, ita ut ille Matrimonium sit in virtute dispensationis præsumptæ, Matrimonium sit validum tempore, quo factum est, si postea contra jam tunc fuisse dispensationem fuerit.

Responderet Author: Si Princeps non habet intentionem dispensandam in irritante, ante notitiam sue dispensationis, ut probat ratio facta, profectus minus habebit intentionem altera dispensandi in lege irritante. Nam cum eadem sit prohibens & irritans; non est verisimile, pensare statim in illa, ut irritante sit, ut est prohibens. Probabiliter ergo non in illo caso non fieri validum Matrimonium, ex vi talis dispensationis, profectus ad notitiam contrahentium devit. Ita faste ad vitanda haec pericula (aut alia causas) non solent Pontifices dispensationem statim concedere, sed committere, ut in partibus fiant. Hucusque Suarez.

Ex quibus omnibus conatur, quod Conclusio addantur bina ista verba: dispensatione; tunc enim magis certum est hujusmodi contractum, quod tendit Conclusio, relinquens dubium, etiam valeat ante notitiam dispensationis. Sanè Nonnulli, quos citat Sanchez, existimant, privilegium præsumptionis concessionis, nec etiam scientiam confirmationem requiri, ut valida fuisse dicta gesta.

Probant autem t. ex l. Licet repudii libellum non fuerit crudelis, cognitus marito, dissolvoitur Matrimonium. Respondebat Sanchez sup. n. 10. con. Gali. t. l. Licet, verb. Marito, item legem comprehendam esse, per l. 2. ff. de Divortio, habetur, viro praesenti renuntiatione repudii libellum, vel absenti per emundum potestate ejus sit, vel in cuius potestate sit. Haec sunt verba legis: Si vero a præsenti renuntietur, fave absentem personam in potestate ejus sit, cuiusque is, ex eius voluntate, nihil interfit. Ac proinde desiderant resilia per se, vel per alium, inquit hic Author.

Neque aliam nos requiremus notitiam. Conclusio certum quippe est, quod alius possit validè acceptare dispensationem in impedimento Matrimonii per suum procuratorem, & per eundem validè contrahere, & requam ipse quidpiam sciat de observantia dispensatione; ac proinde Matrimonium compensatio;

Sacra

tractum sub conditione dispensationis Pontificis, hoc ipso valebit, quod procurator contrahtentium acceptaverit validè eam dispensationem, tametsi ipsi nihil adhuc sciant de obtenta dispensatione; quia iam tunc revera condicio posita est.

Nec opus est, juxta superius dicta, ut contrahentes sciant, conditionem fuisse impli-
tam; liquidem hoc ipso quod condicio posita
est, sufficienter significatur exterius con-
fusus ab soluto (nisi expresse illa scientia
fuerit in contractu requisita) possum quippe
acceptare consensum alterius ex nunc, pro
tempore, quando alter consentierit, quamvis
non sciam, quo tempore ipse præcisè con-
sentierit. Sic enim, ut alibi diximus, per literas
possim contrahere Matrimonium, quamvis
plane incertum sit, quo tempore litera
pervenient ad manus alterius; acè quod igno-
rem consensum alterius, qui tamen requiri-
tur, ut meus consensus sit validus.

Consimiliter ergo, quamvis requiri-
tur positio conditionis, ut consensus meus sit va-
lidus, non tamen requiritur cognitio condi-
tions posita; sed sufficit, ut ex non consen-
tiam pro illo tempore, quo condicio erit pos-
ita, sive sciam eam positam, sive non. Et
hinc, quamvis alter vel uterque retractat
voluntatem suam, putans conditionem, v.g.,
dispensationem Pontificis, nondum evenisse,
si tamen reverè evenerit, putat, si procurator
jam eam acceptaverit, valebit Matrimoni-
um, & retractatio erit invalida. Atque hec
satis de primo argumento.

Secundò argumentantur, quia voluntas
sive dispositio Principis aequiparatur volun-
tati testatoris; Authent. de Nuptiis §. Dispo-
nent, Collat. 4. sed legatum relatum à testa-
tore acquiritur ignorantie. Cum patet, ff. de
Legat. 2. §. 3. Surdo & muto, qui legatum ac-
cipi, ut cum morietur restituat, recte mandatur:
nam. & ignorantes adstringunt fidei commis-
so, quibus ignorantibus emolumenitum ex testa-
mento quadratur. Ergo & privilegium, quod
à Principiis potestate & dispositione ortum
habet, proderit à tempore concessionis etiam
ignoranti.

Respondet Sanchez sup. non esse necessariū
equiparationem fieri in omnibus quod
enim in omnibus est simile, non simile; sed
idem omnino dicitur: simile enim non est
idem, l. Quod Nerva, ff. Depositi. Quod
Nerva dicere latorem culpam dolum esse. Pro-
culo displacebat: mihi verissimum video. Ubi
Gloss. verb. Dolum eff. Ideo, inquit, dolo
comparari: in eff., ubi quis de dolo restetur ibi
dolus tenetur. & de lata culpa: non autem est
idem, cum dolus sit ex fraude, & lata culpa ex
fauitate. Præterea dicitur similis esse, ut inf.
Si s; qui testamento liber eff. iussus erit, l. l. §
2. ergo non est idem, cum dicat Aristoteles: No-

bile est idem, cum id ipsum simile est. Aequipa-
ratio autem in hoc tenet, quod utraque fer-
vanda est tanquam lex, voluntas Principis
tanquam lex generalis, testatoris autem tan-
quam lex privata.

Juris ergo positivi est, ut legatum acqui-
ratur ignorantia, quod non est extendendum
ad privilegia, quandoquidem hæc possint
revocari ante acceptationem; legatum autem tan-
quam lex generalis, testatoris. Unde
etiam illa constitutio non extenditur ad alias
donationes inter vivos; ergo neque extendi
debet ad privilegia, quæ sunt quedam dona-
tiones; donationes autem non acquiruntur
absenti, ante acceptationem per se, vel per
alium.

Tertium argumentum desumitur ex l. 2. 224.
ff. de Judicis. §. 1. ubi ignorans habet exer-
citium jurisdictionis prorogatio: Proinde si
privatis consentiant, Praetor autem ignorat con-
sentire, & putat suam jurisdictionem, an legi
satisfactum sit; videndum est; & puto posse de-
fendi ejus jurisdictionem. Et tamen hoc est ali-
quod privilegium.

Respondet Sanchez sup. ex Bartolo, l. Resp. San-
Barbarius, in 2. lectura n. 18. ff. de Offic.
Prætoris, & Baldi ibi in 2. lectura n. 28. in
jurisdictione prorogata eandem esse ratio-
nen in substantia cum jurisdictione princi-
palis: & idem sufficere scientiam circa juris-
dictionem principalem; ignorantia enim po-
test accrescere accessoria, tecus si principalis
ignoretur.

Quarto argumentantur ex Bartolo, Leg.
fin. n. 5. Cod. de Sententiam passis, ubi doc-
cer, producere restitutio deportati igno-
rantia, p. t. leg. Ejus qui in provincia, §. fin. ff.
Si certum petatur, ubi libertas concessa per
testatorem, acquiritur ignorantie ea resti-
tutio deportati est privilegium; ergo.

Respondet Sanchez, eam doctrinam Bat-
toli merito rejici per illios Jurisconsultos,
quos ibi enumerat. Et respondent ad leg.
Ejus qui in provincia, speciale id esse favore
ultimæ voluntatis, & liberationis deportati.

Ceterum, ut dicam, quod sentio; haud
clarè video, quare non valeret Matrimo-
nium, quod illicitè à consanguineis contra-
heretur, antequam ipsi sciret dispensatio-
nem per suum procuratorem, obtentam,
dummodo reverè dispensatum fore; etenim
verè impedimentum per talen dispensatio-
nem sublatum est; potest quippe Princeps

velle, idque licet, tollere impedimentum, Princeps po-
test velle li-
ante nouiam privilegiati; quoniam per ac-
cidens est, quod sequatur inde periculum
impedimen-
tum ante no-
ticiam pri-
vilegiorum,

360 *Disput. II. De Contractu*
quod potest facere sine peccato, id est, dispen-
sare in lege sua, actum irritante.

227. Sicuti in similis casu, Superior dans licentiam subditis, hoc vel illud faciendi, non facienda eam restringere ad usum licitum; v.g. licentia comedendi carens in 40. non extenditur ad solam licitam comelitionem carnium, sed etiam ad illicitam, v.g. ad comeditionem carnium furtivarum, aut fanitati noxiarum; tametsi enim talis peccet, non tamen

contra præceptum Ecclesiasticum jejuniū; ut clarum est. Similiter facultas celebrandi in loco interdicto, extenditur ad celebrationem in peccato mortali, ita scilicet, ut sic celebrans non peccet contra interdictum Ecclesie. Atque eadē ratione licentia Prælati regularis ad expendendum bona communitatis, non restringitur ad usus honestos, sed extenditur ad usus superfluos & turpes; ita ut expendens non peccet virtio proprietatis. Putas, quia post facta absolvendi à casibus reservatis, limitata sit ad licitam Absolutionem? Scio, quia non puras.

228. Et quæ horum omnium ratio? Quia verba concessionis seu licentie sunt generalia, ut suppono, neque per hoc Praetatus seu Superior cooperatur, vel consentit peccato subditi, cum solum præstet concussum universalem & indifferentem; sicuti Deus dans potestatem consecrandi Eucharistiam, quāvis Sacerdos illicitè consecret, non propterea censetur cooperari illi illicitæ consecrationi; quia nimur non intendi Deus talem illicitum usum, licet det potefactam universalē & indifferentem, ad usum bonum & malum.

Ergo similiter in casu proposito, Pontifex potest absque peccato velle generaliter dispensare in lege sua, irritante Matrimonium inter hos vel illos consanguineos, ita, ut usus hujusmodi dispensationis, quamvis illicitus, equidem valeat, id est, valeat Matrimonium, quamvis illicite contractum. Quod indubie verum est, quando malitia per accidentem omnino conjugatur isti usui, ut si contrahant in peccato mortali, &c. Sed, ut supradixit Suarez, in casu nostro videretur malitia per se conjuncta illi usui, cum usus ante notitiam nunquam possit esse licitus.

229. Respondeo: etiam usus in peccato mortali, nonquam potest esse licitus; ergo pro tali easu non valerit dispensatio, negatur Consequens; quia sufficit, ut possit esse licitus in statu gratiae & quod malae voluntatis sit dispensatorum, quod utantur iuxta dispensationem in peccato mortalium ergo consimiliter, ut valeat dispensatio ante ejus notitiam, satis est, ut usus ejus post notitiam liceat, & quod malae voluntatis dispensatorum sit, quod sua dispensatione utantur ante notitiam, cum possent & deberent eam uti post notitiam.

Sacramento Matrimonii.
Maneat ergo utriusque sententia sua proba-
litas, & nos ad alias progrediamur difficultates
estas, quae non parvæ restant in hac matrimoniis
puta, circa conditiones contrarias, subinven-
tum Matrimonii, impossibilis & turpis.
omnia autem sciendum:

CONCLUSIO VII

Quilibet conditio pro futuro
adjecta suspendit valorem &
validat Matrimonii, si non
natur tempore alignata. C.
ditio de praesenti & prem-
vel statim viciat, vel inven-
tum
Qui pendente conditione
naliter cognoscunt, certe
conditione recedere, &
te contrahere.

Variè dividitor conditionem
in principio hujus Scholae, sed
conditionem de praesentia, ut
si pater tuus vivit; de prematru-
do consil fuit; & de futur. ut
specificalis est, & impossibilis, ut
ho tecum, si calum digito reperi-
necessariam, ut: Si cras silenter
gentem, putat: Si cras plus. Re-
aliz sunt honestæ, ut: Si patrem
turpes; & ex his quadam fa-
stantiam & bona Matrimonio
tecum, se generacionem prola-
puichiorum inveniam; alia
stantiam & bona Matrimonio
tecum, & mecum concubueris.

ConclusioNis prima para-
tam Jurisperitorum, quam The-
o Et ratio est plana; quia Mamm-
que consentu externo nequid
go contrahentes verò noluer-
nisi eveniente seu existente talis
qualicumque demum fuerit,
Matrimonium hujusmodi con-
lere, si non evenia ut existat con-
deet consensu substantiali,
clesia judicet, vel non judicetur,
potest supplere consensum in
ut alibi dictis suis explicavit.
Ecclæsia in foro externo rejectum
appositam, five hon., parum effici-
interno sive conscientia, quando
stat, conditionem ferò fusile apposita
Sed quid si dubium sit, quo
apposita conditio? Responsum: funde-
præsumptione fori extermi, krieg-
ditione, et judicandum esse pro viro de-